

/ Serenissime Princeps

Reddidit mihi literas Serenitatis Vestrae nobilis eques, et Senator D. Simeon Contarenus, qui huc venit, ut legatione fungeretur apud sanctitatem Summi Pontificis, et Sanctam Apostolicam Sedem. Is nobis ⁵ praesentia sua dolorem temperavit, quae ex inopinato obitu nobilis viri, et egregii senatoris D. Thomae Contareni acceperamus. Ego vero gratias ago Serenitati V. et toti inclytæ Reipublicae, ob studium, et benevolentiam erga meam personam, cujus mihi praedictus Orator D. Simeon Contarenus lucupletissimus testis fuit, et vicissim ¹⁰ ego operam meam, et officia omnia ex animo offero Serenitati V. cui à Deo nostro precor lungissimos annos, et veram corporis, et animi prosperitatem.

Romae, die p^o Novembris 1614.

Serenitatis V.

¹⁵ Studiosissimus Servitor
Robertus Card/lis Bellarminus.